aegypti: et totidem asinos triticum
in itinere: panesq; portantes. Di-
misit ergo fratres suos, et proficis-
centibus ait. Ne irascamini in
via. Qui ascendentes ex aegypto
venerunt in terram Chanaan
ad patrem suum Jacob: et nuncia-
verunt ei dicentes. Joseph filius
tuus vivit: et ipse dominatur in
omni terra aegypti. Quo audito
Jacob: quasi de gravi somno evi-
gilans, tamen non credebat eis. I-
lli e contra referebant omnem ordi-
nem rei. Cumque vidisset plaustra
et universa quae miserat: revixit
spiritus eius et ait. Sufficit
mihi si adhuc Joseph filius
meus vivit: vadam et videbo illum
(antequam moriar:)